

König Rudolf von Habsburg schließt mit dem Elekten Konrad III. von Straßburg einen Vertrag und bestimmt die beiderseitigen Rechte und Besitzverhältnisse.

Hagenau 1274 Febr. 23.

*Abschrift des 18. Jh. ex libro salico capituli Argentinensis fol. 11
Karlsruhe Gen. Landesarchiv, Nachlaß Grandidier III., 4.*

Rudolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri imperii fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, gratiam suam et omne bonum. Super controversia inter nos ex parte una et Cuonradum venerabilem Argentinensem electum, principem nostrum dilectum^a, ex altera super bonis et juribus infrascriptis iam diutius ventilata, nos cum eodem electo pro vtriusque nostrum commodo et vtilitate, necnon bono statu terre in vnum convenimus et in inuicem concordauimus sub hac forma, videlicet quod nos oppidum Mulnhusen situm in superiori Alsacia, cum omnibus suis juribus et pertinenciis, jtem medietatem ville nuncupate Wasselnheim, que sita est prope castrum Cronenberg¹, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, eo jure et modo, quibus imperatores et reges, nostri predecessores, medietatem dicte ville antea tenuerunt, debeamus possidere libere et quiete sine impedimento quolibet pro tempore vite nostre. Ipse vero electus castrum Nuwemburg² situm in Brisgouwe, prope oppidum Istein³, item oppidum siue villam dictam Mollesheim, Mutziche, Hermetzheim et Wege⁴ villas, cum omnibus ipsarum juribus et pertinenciis, libere et quiete possidebit absque impedimento quolibet, similiter tempore vite sue. Villas autem Gantrazheim^b et Sulze⁵, cum omnibus villis et bonis ad comiciam spectantibus, ambo possidebimus communiter pro indiuiso tempore vite nostre, jura, vtilitates et omnes prouentus qui ab ipsa comicia prouenire poterunt, inter nos bona fide equaliter diidentes, eo saluo quod si ad nos uel ad dictum electum aliqui homines seu bona in dicta comicia specialiter pertineant, de quibus

a) *Die Abschr. hat:* dilectum etc. (ut in transactione Adolphi imperatoris anno 1293, Als. dipl. 2, 58; loco: episcopus legendum est electus). *Ich gebe in Petitdruck den Text der Adolf-Urkunde nach dem neuesten Druck (MOSSMANN), da mir eine nochmalige Kollationierung des gesamten Textes nach dem Straßburger Or. nicht möglich ist.* b) *So im Or. Straßb. Bez.-A. G. (70) 506. MOSSMANN hat fälschlich Tantrazheim.*

¹) Wasselnheim und Kronenburg (abgeg.) im els. Kr. Molsheim.

²) Nimburg im bad. B. A. Emmendingen. ³) Istein, bad. B. A. Lörrach,

irrtümlich statt Eichstetten, B. A. Emmendingen; vgl. unten. ⁴) Molsheim, Mutzig, Hermolsheim, Wege (abgeg.), sämtlich im els. Kr. Molsheim.

⁵) Dangolsheim und Sulzbad, ebenda.